



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Contumelia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

gratiam impetrandam. *Vide Concil. Trid. sess. 14. cap. 4.*

* *Vide Nau. l. c. num. 37. Trid. sess. 14. c. 4.*

An sufficiat cognita attritio *Lopez p. 1. c. 9.*

5 Dolor sufficiens est cum Sacramento, dolere, quod non satis doleas, itemque displicentia de peccato, cum proposito cauendi, etiam si displiceat ob timorem poenae, aut peccati turpitudinem, modo adsit spes veniae.

* *Vide Nau. l. c. num. 18. c. 10. num. 4.*

6 Non requiritur ad singula peccata singularis dolor, sed sufficit vnus de omnibus peccatis dolor.

* In confuso, quando aliud non permittit necessitas *Sot. d. 17. q. 2. art. 3. conclus. 2. vide Tol. l. 3. c. 5. nu. 2. Nau. c. nu. 22.*

De singulis peccatis singulas contritiones necessarias esse, dixerunt veteres *Alens. Rich. Palu. vide Sot. l. c. Val. t. 4. d. 7. q. 8. p. 6.* docet, secundum speciem, & numerum omnium peccata memoranda; & de ijs sic consideratis dolenda vel pluribus, vel vno contritionis actu: ab hoc non videtur discrepare *Sot. l. c. concl. 3.*

Contumelia, vide Iniuria.

OMnes contumeliae, id est, iniuriae publicae contra honorem, eiusdem sunt speciei, itemque omnes detractiones, id est, occultae contra famam iniuriae.

2 Contumelia ex genere grauior est furto: potest

potest tamē furtum ex quantitate grauius esse
 * Quia læditur honor diuitijs potior, vide
 Caiet. Vers. Contumelia.

Correptio, vide Denunciatio, Iudicia-
 les actus.

1 **C**orripere tenetur quisque proximum
 de peccato quod certò scit esse mortale,
 si potest sine suo graui dāno, & credat pro-
 futurum, nec illum sine correptione emendā-
 dum, estq; tempus corripiendi oportunum.

* Nau. c. 24. nu. 12. Fu. corrept. num. 2.

Cum periculo mortis non teneri priuati,
 ad corripiendum, & Prælatum sub veniali, di-
 xit Viçt. Caiet. & alij contrarium docent, &
 Bannes 2. 2. q. 33. art. 3. dub. 4. si peccator sit in
 vitæ fine.

2 Omittere correptionem frequenter venia-
 le peccatum est. Vide Aug. 1. ciu. ca. 9. In Præla-
 tis tamen quorum maior est obligatio subdi-
 tos corripiendi, facile potest esse mortale, si ex
 negligentia, aut timore correptionem neces-
 sariam omittant.

* Vide Val. t. 3. d. 3. q. 10. p. 2. D. Th. 2. 2. q. 33. art.
 2. Sot. de ratione reg. m. q. 2. concl. 6. & 9. Io. B. C. 1.
 q. 324.

3 Corripere publicè peccantem publicè, ferè
 non tenetur, qui non est peccantis Superior.

* Cum crimen est publicum, potest statim
 superio-